



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in praecedentibus Editionibus  
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

**Luxemburgi, 1741**

7. Etsi dispositione &c. Galliæ Regi concedit impositionem unius decimæ,  
super Clerum ejusdem Regni pro anno uno duntaxat, quâ uti debeat pro  
bello contra Turcas: anno 1516.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](#)

eligendas, seu eligenda, quadragesimalibus, & alius diebus Stationum Ecclesias Urbis, & extra muros ejus visitando, omnes, & singulas Indulgencias, & peccatorum remissiones etiam plenarias consequantur, quas consequentur si eisdem diebus omnes, & singulas Stationum hujusmodi, ac septem principales, necnon Sanctae Mariae de Populo, & Sancti Gregorii intra Cappellæ Scalæ Cœli extra Muros Urbis hujusmodi Ecclesias personaliter visitarent, necnon tam Quadragesimalibus Buryo, Caſeo, Ovis, & Laſte, quam alius anni temporibus, & diebus prohibitis eisdem Buryo, Caſeo, Ovis, Laſte, & aliis laſticiis, ac tempore necessitatibus de Utriusque Medici Confilio Carnibus, absque Conscientia ſcrupulo uti, & vefci licet, & liberè valeant, Apoftolicâ auctoritate prædictâ earundem tenore praesentium de Speciali gratiâ indulgemus. Ac singulorum predicatorum Uxoribus, & Filiabus, ut cum aliquibus aliis honestis Mulieribus Monasteria Monialium Sanctorum Claræ, & aliorum Ordinum querumcunque, etiam inclufarum, ter, aut quater in anno, de licentiâ tamen earum, qua dictis Monasteriis prefuerint, ingrediendi, & cum eisdem Monialibus refectionem fuscipiendi, dummodò inibi non pernoctent, auctoritate Apoftolicâ, & tenore ſupradictis, licentiam & facultatem concedimus.

Non obſtantibus præmissis, ac quibusvis Apoftolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Concilii editis, generalibus, vel Specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Monasteriorum predicatorum juramento, Confirmatione Apoftolicâ, vel quavis firmatae alia roboretur Statutis, Consuetudinibus, ac quibusvis ſuſpensionibus, ſeu limitationibus ſimilium remiſſionum, & facultatum per nos, & Sedem predicatam quodolibet factis, & faciendis; quibus quoad præmilla, illis altis in ſuo robore permanfuiris, hac vice duntaxat ſpecialiter & exprefſe derogamus, ceterisque contrariais quibuscumque.

Volumus autem, ne, quod abſit, propter hujusmodi confeſſionem, & remiſſionem, Confrates, ac Uxores, & Liberi, ac alii prædicti reddantur procliviores ad illicita impoſterum committenda. Quod si à Sinceritate Fidei, Unitate Romanæ Eccleſiae, ac obedientia, & devotione noſtra, vel Succelorum noſtrorum canonice intrantium hujusmodi defiterint, aut ex confidencia ejusdem confeſſionis, vel remiſſionis aliqua commiferint, confeſſio, & remiſſio predicta, ac quoad illas praesentes literæ eis nullatenus ſuffragentur.

Quodque Indulto celebrari faciendi ante diem parè utantur: quia cum in Altaris Ministerio immoletur Dominus noſter JESUS Christus Dei Filius, qui Candor eſt Lucis æternæ, congruit hoc non noctis tenebris fieri, ſed in luce.

Cæterum cum difficile foret praesentes literas ad singula, in quibus de eis fides forsan facienda foret, loca deferre; volumus, & dicta auctoritate Apoftolicâ decernimus, quod ipsarum transumptis, manu publici Notarii ſubscriptis, & Sigillo alieuijus Prelati, ſeu Perfonæ in dignitate Ecclesiastica conſtitutæ munitis, in judicio, & extra, eadem prorsus fides indubia adhibeatur, que adhibetur eisdem praesentibus, ſi forent exhibita, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino Hominum, licet hanc paginam noſtre approbationis, confirmationis, adiunctionis, ſupplementationis, extentionis, ampliationis, abſolutionis, relaxationis, indulti, confeſſionis, derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpferit, indignationem Omnipotens Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apololorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo Quingentesimo

mo ſexto decimo, ſexto Kal. Octobris, Pontificatus noſtri, anno quarto.

Gallia Regi concedit impositionem unius decimæ, ſuper Clerum ejusdem Regni pro anno uno duntaxat, quâ uti debeat pro bello contra Turcas: anno 1516.

### LEO EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Eſi diſpoſitione ſuprema ad Universaliſ Eccleſiae regim, meritis licet insufficientibus, votati, ad amplianda Eccleſiarum commoda, & cunctorum Fidelium, Ordiniſ präcipue Clericalis, incrementa felicia, animarumque Salutem, noſtra ſemper aſpiret intentio, nullisque eos incommodis afficeret, aut Subſidiis onerare cupiamus: Ur gente tamen Redemptoris noſtri JESU Christi, ac Sanctorum omnium contumelia, Orthodoxæ Fidei, & Reipublicæ, Chriſtianorumque omnium injuria, ac communi periculo, irreparabile ruina, quam omnibus Christi Fidelibus imminere conſpicimus, contra morem, & defiderium noſtrum compellimur, pro instantis temporis qualitate, & preſura, ſacrifico quoque Dei templis, Sacerdotio, & Christianis populis à periculis liberandis, non ſolū Regna, Provincias, Civitates, Terras, & loca nobis, & Sacrae Rom. Eccleſie ſubjecta, ſed alios Christianiſimos Principes, Populos, Civitates, & Potentatus ad defenſionem Chriſticolarum, & contributionis opportunæ remedium exhortari, & Regibus Christianiſimi, & Principeſ, quorum ſtudia, & conatus ad ſtabiliendum, ampliandumque earundem Eccleſiarum ſtatutum, necnon proſtagandum, & delendum Infidelium ferocietatem, & perfidiam tendere diognoscitur, de noſtris, & Militantis Eccleſiae, cui diuina diſpoſitione präſidemus, bonis elargiri.

Sanè cum chariſſimus in Chriſto Filio noſtri Franciſcus Francorum Rex Christianiſimus, Prädeceſſorum ſuorum Francorum Regum, qui ut Universo Orbi notiſſimum eſt, Petri Regni Celeſtis Clavigeri in terris Sedem ē manibus Infidelium liberarunt, veltigia volens imitari, gratia ſibi affiſſente divina, ad Conſtantinopolitanem, & alias Provincias ultra-marinas, ab Infidelibus occupatas, pro illarum recuperatione, & illorum, qui Chriſtianum Sanguinem fitiunt, expugnatione, ſe personaliter tranſferre decrevit: Nos eſi präſatum Franciſcum Regem, qui pro Fidei orthodoxæ exaltatione, & divini nominis gloria, nullos fugiendo labores, nullisque parendo periculis, ad dietaſ partes personaliter accedere ab ineunte ætate ſemper affectavit, ab hujusmodi Sanctissimâ expeditione, quam (Deo, cuius res agitur, auctore) ſuſcipere intendit, nulla ratione diverti, aut amoveri poſſe conſidimus. Tamen dum conſideramus, quanta eundem Franciſcum Regem in expeditionis hujusmodi proſecutione, impenſarum onera oporteat in dies de neceſſitate ſubire, quodque ex iis, que ex hujusmodi expeditionis proſecutione acquiri poſſunt, non modica Eccleſia, Eccleſiaſticasque Perfonis proueniet utilitas: Dignum, quin potius debitum reputamus, ut creſcat noſtra, & Sedis Apoftolicæ ac Romanæ Eccleſiae, & membrorum ejus erga ipſum Franciſcum Regem, Sanctissimamque hanc expeditionem munificentia, & liberalitas matura.

Igitur ſuper his deliberatione habita, ex certa noſtra scientia, & potestatis plenitudine, unanim veram integrum decimam omnium, & singulorum fructuum, reddituum, & prouentuum unius integri anni, à data praesentium computandi, Cathedralium, & Metropolitanarum, & aliarum Eccleſiarum, Monasteriorum, Prioratum, & Con-

VII.  
Ex Mem.  
du Clerg.  
de France  
Tom. 4.  
pag. 904.

ventualium, Præpositatum, Præposituram, Dignitatum, Personatum, Administrationum, & Officiorum, Canoniciatum, & Præbendarum, aliorumque cum cura, & sine cura Beneficiorum Ecclesiasticorum Sæcularium, & Sancti Benedicti, & Sancti Augustini, Cisterciensis, Cluniacensis, Præmonstratensis, Carthusiensis, Camaldulensis, Montis Oliveti, Humiliatorum, Vallis-Umbrosæ, Cruciferorum Monachorum, Heremitarum Sancti Hieronymi, & aliorum quorūvis Ordinum, tam Virorum, quam Mulierum, etiam Mendicantium, ex privilegio, vel alias certos redditus habentium, Regulariumque Militiarum quorumcunque, etiam S. Jacobi de Spatha, Iesu Christi, Beatae Mariae Teutonicorum, etiam quorum redditus ad hospitalitatēm deputati existunt, præterquam quibus Sacr. Rom. Eccles. Cardinales præfunt, quos ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum Sæcularium, & quorūvis Ordinum Regularium, quæ in titulum, commendam, seu administrationem, vel alias obtinent, ac pensionum & fructuum, reddituum, & proventuum, loco pensionis super illis reservatorum, cum ob hujusmodi expeditionem, & alias necessitates nobis, & eidem Sanctæ Romanae Ecclesiæ pro tempore occurrentes, hujusmodi decimas nobis per solvere, & perolvare confuevint, ab hujusmodi decimæ impositione, & solutione exemptos fore decernimus, ac membrorum Hospitalis S. Johannis Hierosolymitanæ in omnibus Regnis, Ducatis, Comitatibus, Dominis, terris, & locis præfato Franciso Regi mediate, vel immediatè subiectis considentium, ab omnibus, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, electis Abbatibus, Prioribus, Administratoribus, Commandataris, Capitulis, Conventibus, Guardianis, ceterisque Beneficiis Ecclesiasticis, Sæcularibus, & Regularibus Ordinum, & Militiarum prædictorum, ac Magistris Prioribus, Capellanis, Bajulivis, Præceptoribus Militiarum, & Prioratum, Castellaniarum, Bajulivorum, & Præceptoriarum hujusmodi fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos in Regnis, Ducatis, Comitatibus, Dominis, Terris, & locis Franciso Regi subiectis, hujusmodi percipientibus, & percepturis, cujuscunque præminentia, dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, etiam exemptis, & qualitercumque privilegiatis, præfatis Cardinalibus, membris, & personis Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitanæ hujusmodi duntaxat exemptis, per solvendam, colligendam, levandam, & exigendam infra terminum à præfato Rege, seu deputandis ab eo ad hujusmodi decimam exigendum, in præsentium litterarum publicatione præfigendum, ac eidem Francisco Regi, seu deputatis ab eo, postquam exacta fuerit, consignandam, & in præmissum Fidei opus, Sanctamque expeditionem hujusmodi convertendam, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium imponimus; ita ut ab iisdem Archiepiscopis, Episcopis, electis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Prelatis, Capitulis, Conventibus, & personis aliis Ecclesiasticis, Sæcularibus, Regularibus, exemptis, & non exemptis, in Regnis, Ducatis, Comitatibus, Dominis, Terris, & locis hujusmodi, fructus, redditus, & proventus hujusmodi, ut præfertur, habentibus, infra terminum per Franciscum Regem, seu ab eo pro tempore deputata hujusmodi præfigendum, decima hujusmodi, ut præfertur, colligatur, & exigatur. Volentes, ut juxta ordinacionem super hoc in Concilio Viennensi editam, Calices, Libri, & alia ornamenta Ecclesiarum divinis officiis deputata, ex causa pignorum, vel alia occasione dictæ exactioris, nullatenus capiantur, distrahanter, vel etiam occupentur. Et nihilominus præfato Francisco Regi duos, tres, aut plures idoneos generales Collectores, Receptores, & Exactores decimæ hujusmodi, pro dicto anno duntaxat faciendi, constituendi, & deputandi, qui ad Civitates, Terras, Oppida, Castra & Loca Regnum, Ducatum, Comitatum & Dominiorum hujusmodi personaliter accedant, vel prout eisdem Deputatis Collectoribus melius videbitur expedire, alios Subcollectores destinent, aut ipsam decimam ab omnibus & singulis ad illius solutionem, ut præfertur, obligatis, in terminis predictis petere, exigere, levare & colligere procurent. Nos etiam præfatis deputandis Collectoribus, vel Subcollectoribus decimam hujusmodi, per se, vel alium, seu alios, ut præfertur, deputandos, Autoritate Nostra exigendi, petendi, levandi & recipiendi, & de receptis duntaxat solventem quietandi, liberandi & absolvendi, necnon contradictores quilibet ac rebelles, ac dictam decimam solvere recubantes, sive renentes, excommunicationis sententiam, & privationis Beneficiorum suorum poenam incurrisse, declarandi, ac etiam per alias Censuras Ecclesiasticas, aliaque juris opportuna remedia, ad sequestrationem fructuum, reddituum & proventuum hujusmodi compellendi, & si protervitas, aut contumacia exegerit, præfatos ab Ecclesiasticis Ministeriis, Dignitatibus, Magistratibus, Praeceptoriis, Bajulivis, Castellaniis, Hospitalibus, Beneficiis & Officis prædictis amovendi, & ad præmissa brachium secularē invocandi, necnon cum Collectores vel Subcollectores deputandos hujusmodi abesse contrigerit, aliam, vel alias, personam, seu personas, Ecclesiasticam, vel Ecclesiasticas, Sæculares, vel cuiusvis Ordinis Regularis, in Regnis, Ducatis, Comitatibus, Dominis, Civitatibus, Terris, Castris & Loci prædictis, loco eorum, etiam cum simili aut limitata potestate deputandi & substituendi, illosque amovendi, & alios de novo substituendi, & ab eis computa, & rationes de collectis & administratis recipiendi, & ad id per censuras & poenas prædictas, & alias modo præmissa cogendi & compellendi, omniaque alia & singula in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet & opportuna faciendi, exercendi, gerendi & exequendi, quæ ad plenariam executionem præmissorum expedire videbuntur, ac eos, qui ad se reversi fuerint, & de iis, in quibus præmissorum occasione obligati fuerint, debite satisficerint, à sententiis censurarum & poenis, quas propterea incurruunt, absolvendi, liberandi & habitandi, nec non cum illis, qui sententiis censurarum, & poenis prædictis irretiti, Missas, & alia Divina Officia (non tamen in contemptum clavum) celebrando, aut alijs illis ministrando, aut se immiscendo, irregularitatem contraxerint, super illa dispensandi: plenam, liberam & omniamodam, Autoritate Apostolicâ, tenore præsentium, concedimus facultatem.

Volumus autem, quod pecuniae ex decima hujusmodi provenientes in præfata sanctissima expeditionis, & non in alios usus, per præfatum Franciscum Regem converti debeant; quodque, si forsitan quispiam, quod non credimus, quominus decima hujusmodi per solvatur & exigatur, persuadere, facere aut operari quovis modo, directe, aut indirecte præsumperit, etiam cujuscunque Dignitatis, Status, Ordinis, Conditionis, vel Præminentia, Nobilitatisve fuerit, etiamsi Archipresbyterali, Capitulari, vel alia quavis Ecclesiastica vel mundana Dignitate præfulget: Excommunicationis sententiam (a qua non nisi à Nobis & Successoribus Nostri Romanis Pontificibus canonice intrantibus, præterquam in mortis articulo constitutus, & debita satisfactione previa, absolvit posse) incurtere decernimus eo ipso; non obstantibus felicis recordationis Bonifaci Papæ VIII. Prædecessoris Nostri, de una & duabus dietis in Concilio generali edita, ac de Personis ultra præfatum numerum ad judicium non vocandis, aliquaque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiasticorum, Monasteriorum, Prioratum, Militiarum, Hospitalium & Ordinum prædictorum juramento, Confirmatione Apostolicâ, vel quavis

firmitate alia roboratis Statutis & Consuetudinibus, Stabilimentis, Ufibus ac Privilegiis & Indul-  
tis Apostolicis, & forsan sub quibusvis verborum  
formis & clausulis, etiam derogatoriarum deroga-  
toriis, fortioribus, efficacioribus & insolitis con-  
cessis; quibus, etiam si de his, eorumque totis te-  
noribus pro illorum sufficienti derogatione specia-  
lis, specifica, expressa, seu quævis alia expressio  
habenda foret, cum illis caveretur expresse, quod  
illis nunquam censeretur derogatum, nec derogari  
posse, nisi sub certis expressis modo & forma, ac  
verborum expressione, vel nullo modo, tenores  
eorum, ac si de verbo ad verbum præsentibus in-  
fererentur, pro sufficienter expressis, & inferis ha-  
berentur, (illis alias in suo robore permanuis) in  
hac vice duntaxat, harum serie specialiter & ex-  
presse, dicta auctoritate omnino derogamus, &  
derogatum esse volumus, contrariis quibusunque,  
aut si eisdem Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus,  
Abbatissis, Prioribus, Priorissis, Præpositis, Ma-  
gistris, Castellani, Bajulivis, Ordinibus, Militiis,  
& personis vel quibusvis aliis, communiter vel  
divisim, ab eadem sit Sede indultum, quod ad fo-  
lutionem aliquius decima minimè teneantur, &  
quod ad id compelli aut interdic, suspendi vel  
excommunicari, aut propterea Beneficiis privari,  
seu extra vel ultra certa loca ad judicium trahi non  
possint, per Litteras Apostolicas non facientes ple-  
nam & expressam, ac de verbo ad verbum, de  
indulto hujusmodi mentionem, & quibuslibet aliis  
Privilegiis, Indultis & Litteris Apostolicis, genera-  
libus vel specialibus, quoruncunque tenorum ex-  
stant, per quæ præsentibus non expresa, vel tota-  
liter non inserta, effectus earum non impediti val-  
leant quomodolibet, vel differri, & de quibus,  
eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum spe-  
cialis, specifica & expressa habenda sit in Nostris  
Litteris mentio: quæ quoad præmisla cuiquam vo-  
lunus nullatenus suffragari.

Cæterum quia difficile foret præsentes litteras ad  
singula queque loca, quibus expediens foret, de-  
ferri, volumus & auctoritate prædicta determinimus,  
quod earundem literarum transumptris manu ali-  
cujus Notarii publici inde rogati subscriptis, &  
sigillo aliquius ex collectoribus vel subcollectoribus  
præfatis, seu substituendis, aut deputandis ab eis-  
dem, vel aliquius Curia Ecclesiastica, seu Prælati,  
aut alterius Personæ in Dignitate Ecclesiastica con-  
stituta munitis, ea proflua fides indubia in judi-  
cio & extra, aut alias ubilibet in omnibus & per  
omnia adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur,  
si essent exhibitæ vel ostendæ.

Nulli ergo omnino hominum licet, hanc pagi-  
nam Nostræ Impositionis, Concessionis, Deroga-  
tionis, Voluntatis & Decreti infringere, vel ei aufo  
temerario contraire. Si quis autem hoc attenare  
præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei,  
ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se no-  
verit incursum.

Datum Romæ Anno Incarnationis Dominicae  
1516. sexto decimo Kal. Junii, Pontificatus No-  
stri anno quarto.

VIII.  
Actes &  
titres du  
Clergé de  
France.  
tom. 2.  
p. 172.

Modificatio & Declaratio Privilegiorum concessio-  
rum Mendicantibus, aliisque Regularibus, eorumve  
Tertiariis.

### LEO EPISCOPUS.

*Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam,  
Sacro approbante Concilio.*

Dum intrâ mentis arcana revolvimus, & dili-  
genti consideratione pensamus operosa solli-  
citudinis studia, continuosque labores pro Divina  
Gloria, Exaltatione Catholicae Fidei, Ecclesie Uni-  
tate servanda, & institutione, ac Salute Fidelium  
Animarum, Coepiscopos, eorumque Superiorum, in  
diversis partibus ad Regimen suarum Ecclesiarum a

Sede Apostolica constitutos, nec non per Fratres  
diverforum Ordinum, præsertim Mendicantium, in-  
defessæ, & indefiniter impensos, tanta, ex eorum  
in vineâ Domini fructuosis operibus, & oportuè  
ac laudabiliter gestis, Cordi Nostro provenit fa-  
tisfactio, ut his, quæ ad pacem & quietem inter  
eos conservandam conducere cognoscimus, omni  
studio intendamus.

Novimus enim Episcopos ipsos in partem sollici-  
tudinis Nostræ assumpitos fuisse, quorum honor &  
sublimitas, testante Ambroso, nullus potest com-  
parisonibus adæquare. Religiosos etiam in Agro  
Dominico pro Christianæ Religionis defensione &  
ampliatione complura fecisse, ac uberes fructus pro-  
tulisse, & in dies singulos proferre, ita ut eorum  
dem Episcoporum ac Religioforum bonis operibus,  
orthodoxam fidem incrementa sumpissime, & per  
Orbem Terrarum undique dilatatam fuisse, Fide-  
lium nullus ignoret. Et sicut ipsi sapienterum vi-  
gilantissimæ & solerti curâ schismata in Dei Ecclesie  
extinguere, & Ecclesie Unitatem reddere, & ut  
eidem Ecclesie Pacis tranquillitas daretur, innumer-  
os labores subire non dubitabant, ita quoque par-  
est, eos inter se nostris provisionibus pacis vin-  
culo, ac fraternali charitate, & unitate conjungi, ut  
eorum concordi doctrinæ, & mutuis operibus ubi-  
iores in Ecclesie Dei fructus proveniant.

Sanè cupientes, ut iura spiritualia, quæ ad Dei  
Laudem, & Christi fidelium animarum salutem  
pertinent, & quorum in exercitu pafatis Epi-  
scopis, & eorum Superioribus in suis Diœcesibus  
(cum ipsi in partem sollicitudinis, ut præfetur,  
assumpti, ac Diœcesis distinctæ, & cuilibet eorum  
dem Episcoporum assignates fuerunt) commissum  
exitit, ut per ipsos Episcopos exerceantur, & jus  
illa liberè exercendi, quantum fieri potest, eis illa-  
sum præseretur. Et si aliqua dictis Fratribus  
Mendicantibus in eorumdem Episcoporum laetionem  
per Romanos Pontifices, Prædeceßores Nostros, &  
Sedem Apostolicam concella fuerint, concessions  
hujusmodi eisdem Religiosis factas, in subsequen-  
tibus duxiimus moderandas, ut ipsi Fratres portius  
ab eisdem Episcopis omni cum charitate foveantur,  
quam aliquo modo molestenter & inquietentur.  
Una enim est Regularium, Sæcularium, Prælatou-  
rum & Subdiotorum exemplorum, & non exemptio-  
rum Universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino  
salvatur, eorumque omnium unus Dominus, una  
Fides. Et propterea decet eos, qui ejusdem sunt  
corporis, unius etiam esse voluntatis, & sicut Fratres  
nexus invicem charitatis astricti sunt, sic non  
convenit alterum in alterius injuriam, seu jacturam  
profiliare, dicente Salvatore: Hoc est præceptum  
meum, ut diligatis vos invicem, sicut dilexi vos.

Ad conservandam igitur inter Episcopos, & eoru-  
m Superiores, ac Prælatos, & Fratres hujus-  
modi mutuam charitatem, & benevolentiam, di-  
vini quoque cultus augmentum, pacemque, &  
tranquillitatem Universalis Ecclesia status, quod  
ita deinceps fieri posse cognovimus, si unicuique  
quantus fieri potest, sua jurisdictione conserveret:  
Sacro approbante Concilio statuimus, & ordina-  
mus, quod Episcopi, & eorum Superiores, &  
alii Prælati præfati, parochiales Ecclesias, ad eos-  
dem Fratres ratione locorum suorum legitimè  
spectantes, quoad ea, quæ ad Parochianorum cu-  
ram, & Sacramentorum Conservationem, admi-  
nistrationemque pertinent (sine tamen Visitato-  
rum insolito gravamine, vel impensa) visitare, &  
illarum curam gerentes, & circa illam delinquentes,  
si Religiosi fuerint, juxta ipsius Ordinis Re-  
gularia instituta, intra septa regularis loci, Secu-  
lares vero Presbyteros, & Fratres hujusmodi be-  
neficia obtinentes, liberè tanquam suæ jurisdictione-  
nis subjectos punire.

Ac tam Prælati, quæm Presbyteri Seculares,  
qui vinculo excommunicationis ligati non fue-  
rint, Missas in Ecclesiis domorum eorumdem  
devotionis causa celebrare volentes, celebrare pos-  
sint,